



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

XVIII. Hyperdulia species, Alios ad defendendam B. Virginis immaculatam  
conceptionem incitare.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

## §. I I.

*Premium Hyperdulia*

Fuit, quod Berchmannus priuatum  
 Lauretanis in Litanis quotidie Marianis  
 laudibus titulisq; assuescens, postea pu-  
 blicitus etiam (vt alibi dicimus) cum  
 suis æqualibus in gloriosum portu  
 descendere certamē, quo victoria penes  
 eum stetit, qui pluribus B. MARIAM ti-  
 tulis cumulasset. Itaq; semper ille victori-  
 ingenti merito, nunquam victus disces-  
 sit, animosque æqualium amore B. Vir-  
 ginis, accensissimus ipsemet, accendit.

## X V I I I.

## HYPERDULIÆ SPECIES

Alios ad defendendum B.  
 Virginis immaculatam con-  
 ceptionem incitare.

## §. I.

Solenne mortalibus est, vt, quod cre-  
 dunt, amant, propugnant, etiam ab

alijs

alijs amari, credi, propugnari defendiq;  
cupiant. Fuit id quoque solenne Berch-  
manno, qui non contentus immacula-  
tam B. MARIAE Deiparæ Virginis con-  
ceptionem credidisse, dilexisse, defende-  
re pro virili suo studuisse, voluit hanc  
etiam ab alijs credi, diligi, defendi.  
Quæ res adeo ei fuit cordi, vt, cum iam  
morte propius abesset, quamuis lethum  
rerum omnium Lethen, oblivionemq;  
inducat, tamen immaculatæ Conceptio-  
nis Marianæ non obliuisceretur, sed, vt  
hæc ab alijs etiam crederetur, diligere-  
tur, defenderetur, nullum non ruden-  
tem expedire, nullum non remum mo-  
uere, nullum non velum pandere nite-  
retur. Itaque P. Iosephum Copponi So-  
cietatis IESV concionatorem Presbyte-  
rum adhortatus est (quamdiu per Eccle-  
siæ auctoritatem liceret) immaculatam  
Virginis Conceptionem constanter è  
suggestu tueretur, Ita Virgilius Ceba-  
rius, Hermannus Hugo, Cornelius à La-  
pide sacrarum literarum in Romano  
Col.

Collegio professor his verbis : Vni è nobis Concionatori petenti monitum salutis, hoc me audiente dedit : Reuerentia semper tueatur immaculatam Conceptionem Virginis vsque ad mortem. Ita Berchmannus immaculatam Conceptionem Virginis vsque ad mortem credidit, amauit, defendit, defendendam alijs quasi lampada tradidit, & eius quod ab alijs flagitauit pulcherrimum planè exemplum præiuit. Nam in Conceptionis purissimæ fide, dilectione, defensione, propugnatione & propagatione paulo post animam purissimam exhalauit, & in Virginis purissimæ manus consignauit.

Porro sacerdos ille quem modò memorauimus, quamuis ad immaculatam Conceptionem Virginis defendendam sponte animi ardentè ferretur, Berchmannus tamen ei quamquam currens addere suorum calcar verborum non dubitauit. Norat enim quod ----

*Acer est ad palma per se cursurus honores  
Si tamen instiges, fortius ibit equus.*

*Ouid. in Pont.*

§. I I.

*Premium Hyperdulia*

Fuit, quod ei bono omni, quod P. Iosephus Copponi in immaculata Conceptione Virginis defendenda concionando promouit, Berchmannus monendo communicauit, ut verè cum Iessæo vate dicere posset: *Particeps ego sum omnium timentium te.* *Psalm. 118.*

X I X.

H Y P E R D V L I Æ S P E C I E S .

**Immaculatæ Marianæ Conceptionis defensionem, libro scribendo suscipiendam vouere.**

§. I.

**Q**uæ reneriùs amamus, quæque sæpius vsurpamus, esse munda desiderata-